operãq; des: nequid tibi noua cæli tẽperies importet in-
cõmodi: qđ una τὴ ἐγχρατείᾳ facile uitabis. Es eñ in ur-
be non minus amœna: q̃ & opulenta: & nobili: quæ qdem
oĩa adhortant̃ istiusmodi ætatem ad uoluptatum illece-
bras: quibus Vlyssis Homerici illius socij cum se penitꝰ de-
didissent: hũanitatẽ exuerũt. At tu Vlyssen si sapias: imi-
tabere: uitabisq; omne circæũ poculũ. Id aũt eo facilius es
facturus: qđ audio patricios Rhagusinos uiros esse conti-
nentissimos: & grauissimos: quoꝶ uitæ instituta si tibi pro-
posueris: meliuscule ꝑfecto & exteriori cõsules: & iteriori
homini. Nã qđ scribis te ex altero pede laborare: istiꝰmoĩ
tibi nobilitas patrita non est: at ne auita quidẽ. Quare ne
aliunde tibi uenatus sis: caue. Et eam a te q̃primum amo-
uere: atq; extrudere eminus ne dissimulas. Nam si facile
se norit nactam hospitium: cum uoles excludere: haud po
teris. Ego ut ad reliqua respondeã: abs te aliud nihil de-
sidero: nisi ut te floretissimo isti senatui obsequentissimum
præstes: oĩq; in re qcqd agis: ex officio agas. Id uero ea re
una facillime assequeris: si tibi añ oculos sp ꝓbitatis laudẽ
deũq; ꝓposueris: qđ qm̃ scio te facturũ: nõ ero longior ad
monendo. Velim: q̃ diligentissime inquiras: si quod est ue-
tuspiam istic monumento: ex quo liquido possit itelligi ur-
bis nomen. Nam ex patrio uerbo non Rhagusiũ uidetur
dici debere: sed Rhagusa. Appellantur enim ciues isti ser-
mone patrio Rhagusei. At ea nomina apud græcos ita ter
minant: quæ & in genitiuo non crescunt: & in. a. terminãt:
aut in. e. sũtq; fœminini generis. Vt σμύρνα σμυρναῖος
Smyrna Smyrnæus. λαρίσσα λαρισσαῖος Larissa Larissæ
us. Δάφνη Δαφναῖος daphnæ daphnæꝰ. θήβη θηβαῖος
Thebe Thebæꝰ. Eodẽ igit̃ pacto ῥάγουσα ῥαγουσαῖος
Rhagusa Rhagusæus. Nam apud geographos & cosmo-
graphos qui apud nos sũt: de ista urbe nullã inuenio men-
tionem. Odorare igitur omnia diligenter: si quis priscus la
pis inueniat̃: qui nomen urbis habeat lr̃is incisum. Nã re-
gio ista omnis græcis olim utebatur: & institutis & litteris.
Præterea siquid græcorum uoluminũ: quod uulgare non
sit istic seruetur: quære diligenter. Et id aut tibi aut nobis


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG